Osculetur me osculo oris
sui Cant. 1° Ver-
ba hec convenientis-
sime applicantur huic fes-
to hodierno de annuncia-
cione beatissime virginis marie
ut dicunt sancti quia hoc festum
est origo omnium festorum totius
anni quia in hoc festo exor-
dium sumpsit reparacio generis
humani per incarnacionem. Ubi eciam
ut patet ut in illa antiphona
hec est dies quam fecit dominus etc.
Cui alludunt convenientis-
sime verba premissa scilicet Osculetur
me etc. Et sunt verba beatis-
sime virginis redempcionem humani
generis per incarnacionem filii dei
desiderantis. In quibus pa-
trem celestem ardentissimo
desiderio rogat ut filium
suum unigenitum spiritu sancto
cooperante mittat incarnari
et sibi unire humanam
naturam sue divinitati ubi super
Osculetur me q.d. O pater
eterne mitte filium tuum
ut coniungat sibi huma-
nam naturam ut ex illa
coniunctione emanent flu-
mina magis desuper de
throno divinitatis aque vive
et plenitudinis omnium graciarum
et beatitudinis felicitatis divi-
na eterna. Nota in osculo
tria concurrunt scilicet osculans
osculum et osculatus et tertium super-
additur scilicet contactus labiorum. De
quo Osculetur etc. Osculans est
eternus pater, osculum unigenitus
eius filius, osculatus natura huma-
na, contactus labiorum assumpcio huma-
nitatis in divinitatem cooperante
spiritu sancto. Hec sunt labia scilicet con-
tactus humanitatis cum divinitate quibus
deus pater ab eterno [illegible] de
quibus nobis effluunt flumina
omnium graciarum spiritualium et eternorum
gaudiorum. De quibus Ps. Diffusa
est gracia in labiis tuis propterea etc.
Dicit ergo sponsa Christi scilicet beata virgo
maria in persona totius generis humani
ardenter desiderans redempcionem per in-
carnacionem Christi factam et a sanctis pa-
tribus patriarchis et prophetis de-
siderata: O pater celestis mitte nunc
filium tuum incarnari ut pax que
in paradyso ablata per primos pa-
rentes restituatur et ornatus inno-
cencie preciosissimorum mandatorum a-
missorum reddatur. Cui nunc iam
dudum allocutus es per os aliorum
scilicet prophetarum et sanctorum patrum veteris
testamenti nunc loquere nobis per ipsum de
tuo in ipso filio tuo qui dicitur
os eterni patris propter quod pax et
gracia in paradyso amissa per hoc be-
nedicta primi hominis restituatur.
Osculum tamen est signum pacis et
pax ut dictum est ablata est
in paradyso propter peccatum ab humano ge-
nere. Rogat ergo virgo beata in
hodierno gloriosissimo festo in
persona generis humani deum patrem
ut mittat sibi suum unicum amicum